

h. 83, 52

Yd
3614

I. N. J.

M. ANDREAE MANICII,

Mückenb. Misnici

X 2023972

SENATUS PIRNENSIS

Dresdæ

Typis Melchioris Beegen

excusus

Anno Æ. Christ. Dionysianæ

MDCLXXII.

Agathon.

Τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖ μνησθῆναι, πρῶτον μὲν, ὅτι ἀνθρώπων ἄρχῃ, δεύτερον, ὅτι κατὰ νόμους ἄρχῃ, τρίτον, ὅτι οὐκ ἀεὶ ἄρχῃ: *Tria meminisse decet Magistratum: primum, se hominibus imperare, alterum, se ex legibus imperare, tertium, se non semper imperaturum esse.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

BIBLIOTHECA
POMNICAVTIA



AMPLISSIMO
AMPLÆ PIRNÆ
SENATUI

Salutem & Benedictionem
dicit & exoptat
Con-Rector.

Magnifici, vultu supplex quod Musa
serenô

Vobis nunc offert, accipite ergò VIRI.
Si forsan petitis causam, cur talia tentem:
Noveritis, quòd sim Debitor atque
Cliens.

Debitor, ob fatum, vester, quod debeo
Vobis:

Horum dum sim, qui corda tenella do-
cent.

Insidias famæ quidam posuère maligni.

Ast Assertores Vos mihi, Vosq; Patres
Addictus Vestro, dum spiritus hos regi
artus,

Hinc sum Splendori, permaneoque
Cliens.

I. MEL



1.

MELCHIOR RAUFFUS,

p. t. Consul & Aedilis.

FLA. FERRO. HIC. MURUS.

FLA (a) Borea, persto: patior, FERRO, quod dat *JESUS*.

HIC mihi sit MURUS, sit quoq; Jovameus.

SO stürmet nur getrost ihr Widerwertigkeiten/

Hier ist mein graues Haupt / mich wird doch *JESUS* leiten

Aus allem Ungemach. Der ist's / der heist mein Schutz/

Za/ was noch mehr/ mein *GOTT*/ durch den ich biete Trutz.

Cant. 4. v. ult.

(a) Excitare Aqvilis, & veni Auster: perfla Hortum meum: fluant Aromata illius.

Stehe auf Nordwind / und kom Südwind / und wehe durch meinen Garten / daß seine Würtze trieffen.

Musa
IRI.
atem:
tqve
debeo
lla do
ni.
atres
regi
oqve
MEL



SENATUS

Hortus est Ecclesia. Hunc perflant Aquilo & Auster, venti non Loci respectu duntaxat, sed etiam Qualitatum è diametro contrarij: Alter enim frigore exsiccat, alter vero humiditate corrumpit. Ita si Christus, si τὸ ποιμνίου μικρὸν dolis ludendum, ecce Herodem & Pilatum, alias sibi obsistentes, heic tamen conspirantes, ceu duos, ad capiendam unam ovem, lupos convenientes videbis. Tametsi verò ab Aquilone & australi plaga, hoc est, à dextris & sinistris Ecclesiam suam tentari sinit Christus, ut res adversas & secundas experiatur: Hæ tamen pietatem & gratitudinem, illæ verò constantiam & fortitudinem ejus declarant. Osiand.

(b) Plaut. Aulul. Patior, quod Di dant, fero.

(c) Animò Consulem esse oportet, consiliò, fide, gravitate, vigilantia, curâ, totò deniq; munere Consulatus, omni officio. Cicero Orat. 38. in L. Pison. p. m. 239.

(d) Magna vis est conscientia, Cicero pro Milone dicit, in utramq; partem: ut neq; timeant, qui nihil commiserint: & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccaverint. Inde Titi Vespasiani Imperatoris Symbolo

Golum
test ap
lader
quarta
bus re
diis, p
vanda
Vobis,
latus
stris m
septun
cula S
rò bon
refere
speculi
tur &
murus

Sicu

Sicu

(e) Jo
sima,
adjuto
in at
Wence

bo-

PIRNENSIS.

Solum: Nemo me injuria aut contumelia potest afficere, quia nihil ago, quod alios possit ledere. Ad hac Ciceronis quadrant, quae quarta in L. Catilinam habet: Pro his omnibus rebus, & pro meis in vos singularibus studiis, proq; hac, quam conspiciatis, ad conservandam Rempubl. diligentiam, nihil aliud a Vobis, nisi hujus temporis, totiusq; mei Consulatatus memoriam postulo: quae dum erit vestris mentibus infixata, firmissimò me murò septum esse arbitrabor. Dulcis enim nutricula Senectutis bona Conscientia. Ubi verò bona Conscientia, ibi Christus est: Nam, referente Nazianzeno, Conscientia pura est speculum animae clarissimum, in quo se intuetur & DEUM. At ubi Christus DEUS, ibi murus abeneus:

Sicubi Christus adest, murus tibi aranea fiet.

Sicubi Christus abest, vel murus aranea fiet.

(e) JOVA est fortitudo maxima, petra celsissima, arx fortissima, liberator potentissimus, adjutor promptissimus: In hunc qui sperat, in aeternum non confunditur. Huic confisus Wenceslaus Bohemorum Rex in custodia.

SENATUS

*Omnibus, inquit, humanis praesidiis exutus,
solum DEUM cogito, & in eo spem omnem col-
loco, qui me, fat scio, non deseret, sed invo-
cantem exaudiet. Quia necesse est adesse
divinum, ubi humanum cessat auxilium.
Bonò ergò animò esse nos oportet.*

II.

CHRISTOPHORUS POLS-
NITIUS.

Consul & Scholarcha.

HIS, NITOR. CUSTOS. FORI
PLUS.

Stella (1) FORI: legum CUSTOS: PLUS
ergò micabis.

Nam qui jura colunt, HIS (2) NITOR
atq; decus.

Des Rathstuhls heller Stern / der Billigkeit
Verwalter /

Der armen Bürger Mund / und unsers Rechts
Erhalter.

Sei nur getrost / sieh^o auff / der Himmel war-
tet Dein /

Und wil für deinen Muth Dir geben Son-
nenschein.

Dan

PIRNENSIS.

Dan. 12. v. 3.

Qui ad Justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi Stellæ in perpetuas æternitates.

Die / so viel zur Berechtigkeith weisen / werden leuchten wie die Sternen immer und ewiglich. Ja wie die Sonne in ihres Vaters Reich / Matth. 13, 43. Denn zur Zeit / wenn GOTT drein sehen wird / werden sie helle scheinen / und daher fahren / wie Flammen über den Stoppeln / im B. der Weißh.

3. v. 7.

(1) Fori appellatione, & publica judicia, & locus, in quo publica judicia exercentur, intelliguntur, quæ esse debent æqua. Cretenses aures & oculos Jovi deraferunt, significaturi, ut DEUS, sic Judex non sit προσωπολήπιος, etiamsi irarum motus in se concipiat: Nam alienus ab ira, alienus à justitia, Valentis Imperatoris Symbolum fuit. Interim tamen in Judice quoq; sit oportet, saluâ Justitiâ, Clementia: Summum enim Jus, summa injuria. Hinc Pericles Athenarum Princeps, quotiescunq; vestem ex muneris præscripto indueret, seseq; ad judicandum conferret, dicere solitus est: Attende

A 4

tibi.

SENATUS

tibi Pericles: Liberi sunt, quos regis, non ergo mancipiorum more regendi: Graeci sunt, hoc est, seditiosi, turbulenti, & ad regendum difficiles: Cives Athenienses sunt, id est, omnium ingrattissimi, quibus nihil ad palatium; & morosi.

(2) ἢ γὰρ τὸ τοῦτο εἶναι δῶμα καὶ λαίγιον καὶ δεραπείαν μεγίστην εἶναι ὡς βέλτιον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχεις, μηδεὶς γὰρ μετὰ δίκαια τὸς κινδύνους ποιεῖμεν. οἰέομαι τὸ δεῖν συμμαχίας ἀπορίσσειν. Statuas id, pulcerrimum esse sacrificium, & cultum maximum, si te quam optimum & justissimum praebeas. Nemo enim propter justitiam pericula subiens existimet DEUM sibi Opitulatorem defuturum esse. Isocr. ad Nicocl.

III.

SIMON JONAS STOLDSIUS,

Consul.

SIS. SANUS! NIL. ITO. DOMOS.

Quid nomen signat? SIS SANUS, Nestoris annos.

NIL ærumnosi Consulis ITO DO-
MOS.

Es

PIRNENSIS.

Es ist kein besserer Wuntsch/ als der/ den mit sich
bringet

Eur Nahme/ welcher spricht: Herr Stoltze
sei gesund /

Und lebe lange Jahr / nach Adlers Arth ver-
jüngeret.

Das ist es/ was auch izt wüntscht meine Seel
und Mund.

Sirac. XXX. 15.

Melior est bona valetudo omni auro:
& corpus validum, quam census im-
mensus.

Gesund und frisch sein / ist besser denn
Gold / und ein gesunder Leib ist besser denn
groß Guth.

*Thales interrogatus, quis felix esset? re-
spondit: Qui corpore sanus, animò verò e-
ruditus. Valetudo enim est basis omnium
bonorum. Non vivere, sed valere vitam es-
se, Martialis judicat; cum vires ingenuæ &
salubre corpus, Cræsi, Midæ, Persarumq; di-
vitiis longè antestent. Quorsum enim agrò
hominis pecunia? Verum*

Hor. 1. Ep. 12.

Si ventri benè, si lateri est, pedibusq;

tuis: nil

Divitiæ poterunt regales addere majus.

A §

Inde

SENATUS

Inde Pythagoras tria à DEO petenda esse monuit: Formam, Divitias, & bonam Valentudinem.

IV.

MICHAEL ROETING,

Senior.

LITO. HEIC. GRAMEN.

Quid faciam? Jovæ precibus (a) LITO.

Turgide quæris

Cur? sumus HEIC, scito, nil nisi (b)

GRAMEN. Amen.

Was soll ich anders thun/ als was das Beste?
beten/

Mit Seufzen immerfort zu meinem JEEB
treten.

Der Mensch ist wie das Gras. Wie bald ist's
doch gesehn

Umb ihn. Stirbt er nicht wohl/ wie will er
dort bestehn.

Psal CIII. v. 15.

Homo sicut foenum dies ejus: tanquam
flos agri sic effloreat.

Ein Mensch ist in seinem Leben wie Gras/
er blühet wie eine Bluhme auff dem Felde.

(a) Li-

PIRNENSIS.

(a) Litare est propitiare, & votum impetrare: Sacrificare verò est offerre sacrum, & veniam poscere, Popma lib. 3. de Diff. Verb. Unde Servius ad Virg. 4. Æn.

Tu modò posce Deos veniam, sacrisq;
litatis

Indulge hospitio &c.

Diis litatis debuit dicere: Non enim sacra, sed DEO sacris litamus, id est, placamus.

Legi alicubi duos cujusdam Autoris versiculos, mores procerum satis diligenter exprimentes, quorum primus ita habet:

Da, capias, quæras, plurima, pauca, nihil.
Alter verò: Lenius instando tædiapelle tui.

His enim nihil odiosius, molestiusq;, quàm crebro appellari. Contra ea DEUS assiduus delectatur precibus, eas præcipit, iisq; teneri gaudet: Quid enim Gregorius ad cap. 32. Exodi notat, est seruo dicere, dimitte me, nisi deprecandi ansam præbere. Ubi glossa: DEUS se fatetur Mosis orationibus teneri, qui postulat se ab eo dimitti. In septem Sapientum Convivio quæsitum fuisse, Plutarchus refert, quidnam fortissimum foret? Rex Æthiopiæ dixit Fortunam, Tales Necessitatem: Ego dicerem, Orationem. Oratione enim quid fortius? Invi-

SENATUS

Invictus DEUS est, & inexpugnabile
Numen,

Invictum verò vota, precesq; ligant.

(b) Nescit homo ortum suum, nescit obitum;
ut herba solstitialis paulisper sumus. Gerb.

V.

GEORGIUS SCHELCHER,

Senior & Scriba.

HIC. RE. GRUS. HOC. LEGES.

GRUS vigilat: sic Schelcherus vigilavit,
& alsit.

RE fuit HIC pater. HOC posthuma
turba LEGES.

Des Krannichs Wachsamkeit hat Franzius be-
nietet.

Ist nicht auch wegen der Herr Schelcher noch
berühmet?

Wenn mancher Morgens sich im Bette umb-
gewand /

War mühsam umb die Stadt schon Schel-
chers Haupt und Hand.

Proverb. X. 7.

Memoria Justi in Benedictione.

Das Gedächtniß der Berechten bleibet
im Segen.

Mox

PIRNENSIS.

Mortuo Scipione Metellus Macedonicus in forum cucurrit, clamans: Concurrere cives, mœnia Romæ ceciderunt. Quis me reprehendat, si, qui lacrimas multorum viderim, quas obitus tanti Viri oculis elicuit, exclamem: (a) Meritò lacrumis oculi omnium madent: meritò omnia planctibus gemitibusq; circumsonant: meritò undiq; querelæ & lamentationes exaudiuntur: Nam mœnia Pirnae ceciderunt. (b) Cecidit commune Bonum: Bonus enim Magistratus commune Bonum. Obiit bonus Paterfamilias, qui primus cubitu surrexit, postremus cubitum iuit. (c) Evanuit urbis Amor, qui neminem à se tristem discedere passus est. (d) Periit Vir bonus, qui Pirnam mendicam accepit, civitatem reliquit. Mortuus Senator laboriosus, qui turpe duxit per totam noctem somnum capere.

(a) Muretas Orat. 24. (b) Menand. (c) Cato

(d) M. Stoltz in Parent.

Obiit die 18. Junij.

VI.

BALTASAR GROLICHIIUS,

Senior & Camerarius.

CHRISTUS. GLORIA. ALBA.

Uni-

SENATUS

Unica, dum spiro, mea Spes ac GLORIA
CHRISTUS.

Me teget Hic ALBA Veste aliquando
sua.

Was soll ich rühmen mich / als **JESU** deiner
Liebe /

Die meine Zuflucht ist / wenn alles wild und
trübe

Sich gegen mir erweist. Drum lieb' ich bil-
lich Dich /

Und hoffe / daß Du weißt dort wirst bekleiden
mich.

Gal. VI. 14.

Absit ut glorier, nisi in cruce Domini
nostri JESU CHRISTI.

Es sei ferne von mir rühmen / denn als-
lein von dem Creutz unsers **HERRN JESU**
CHRISTI.

*Omnia in omnibus JESUS. Quid est omnia?
quicquid hic quarebas, quicquid hic pro ma-
gno habebas, ipse tibi erit. Quemadmodum e-
nim infans nō novit seipsum curare vel orna-
re, sed solum oculos convertit ad matrē, flens,
donec misericordiā mota illum suscipiat: Sic
fideles animæ in solo DEO spem habent, perpe-
tuò omnem justitiam ei tribuentes. Macar.*

Hom.

PIRNENSIS.

Hom. 31. Hinc Agatha ad Quinctianum Siciliae Praesidem: Ego extra Christum, nec vitam, nec salutem, nec aliud quid, opto aut desidero.

Omnis piorum Gloria est in Dominicae Passionis ignominia, non in Orationis Vanitate. Pulcre Gregorius Theol. Sentent. Spir. L. 2.

κενή σε δόξα μή δολίως συναρπάσῃ,

καὶ γὰρ πανουργοῦ τὸ τοῖς ἀπλυστέροις.

Ne vana transversum ferat te gloria:
Subvertit illa namq; fraude simplices.

Item

λόγοις πτερωθεὶς μή πτερῶν ἔξω πέτα.

πτερῶν γὰρ οὔτε πηκνὸν ἵπταται δίχα.

Altum petens verbis, modum ut teneas
vide:

Nam nec volucris absq; pennis evolat.

Ergo

Δόξης ἀεὶ φρόντιζε τῆς αἰωνίδ.

ἢ γὰρ παρῶσα ψεύδεται κατ' ἡμέραν.

Aeterna curæ cuilibet sit gloria:

Præsens enim ista quolibet fallit die.

VII.

SENATUS

VII.

MARTINUS RICHTERUS,

Prætor.

ARS. MUNIT. HIC. TURRES.

Quicquid HIC orbis habet, victrix ARS
MUNIT & ornat.

TURRES præditiis, Oppida consiliis.

Nichts ist der Kunst zu fest / sie weiß es zu ver-
bessern /

Und bauen Festungen aus unbenaurten Schloß-
fern.

Der kan man nicht entpern / wenn Mars die
Drommel rührt /

Auch wenn der güldne Fried den Hochzeits-
Keien führt.

Sir. I. v. 24.

Qui Sapientiam agnoscit & charam ha-
bet, subinde doctior atq; prudentior fiet:
& qui eam constanter retinuerit, tandem
in dignitate atq; autoritate erit.

Die Weißheit macht recht Kluge Leute /
und wer an ihr fest hält / dem hilft sie aus
mit Ehren.

*Ars ab Aristotele lib. 6. Eth. cap. 4. defini-
tur, quod sit ἔξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητικῆς
habita*

PIRNENSIS.

habitus quidam cum ratione verâ efficiens.
Objectum ejus, ut ibidem differit Philoso-
phus, non sunt res, quæ ex necessitate vel
sunt, vel fiunt; neq; naturalium, quæ prin-
cipium in se habent: Sed quæ gignuntur,
sive esse & non esse possunt. Inde Samuel
Heilandus l. 6. Eth. Ars versatur circa ma-
teriam contingentem, hoc est, quæ tracta-
ri, mutariq; potest. Huic cum Turres haud
immeritò adjungi queant, Artem quoq; de
iis præcipere necesse est. Reyheri Margar.
Philos. ~~Et~~ vero de Turribus suum ut fert
judicium; ita quoq; civitatem & bene con-
stituit, & constitutam artibus, quæ puerum
ad Reipublicæ salutem instruunt, conser-
vat. Quare Aristoteles 5. Pol. 9. Omnium,
inquit, maximum & præstantissimum ad
conservandas Respublicas medium est, quod
tamen nunc omnes negligunt, Disciplina ac
Educatio Rebuspubl. accomodata. Nihil
enim proderunt Leges, quamvis salutares,
& ab omnibus Rempubl. administrantibus,
approbata, nisi Cives in Republ. rectè edu-
cati & instituti fuerint. Educatio enim
est medium apertum, & honestatem respi-
ciens,

B

SENATUS

ciens, & Rempubl. conservans. Ex quo ap-
erto arcanum, occultæ scil. rationes seu con-
silia procedunt, quæ, nisi literis imbuti, da-
re nequeunt. Quæ de re eloquentissimus
Jctus Muretus Orat. 2. In qua civitate li-
terarum cultura non viget, ea florere nullo
modo potest.

IIIX.

MARTINUS GRAHLIUS,

Eleemosynarum Curator.

IN. MARI. THUS. LARGUS.

IN rapiente MARI hoc palmas ad sidera
tollo,

THUSq; precum libo. LARGUS opum
DEUS est.

Das ungestümme Meer/ die Welt/ stürmt auff
die Christen/

Und pfelet gegen die mit Macht sich auszu-
rüsten.

Doch traue man auf Gott/ der stürzt die stolze
Welt/

Daß/ eh sie sichs versieht/ mit Spott zu Bo-
den fällt.

LXXII/

PIRNENSIS.

Psal. LXXIII. 28.

Mihi adherere DEO bonum est: ponere in DOMINO spem meam.

Das ist meine Freude / daß ich mich zu GOTT halte / und meine Zuversicht setze auff den HERRN.

Plinius cum Naturâ expostulat, quod cæteris animantibus, ut mater, homini verò soli, ut noverca extitisset. Potius de mundi pravitate & injuriis deplorare & conquiri mallet. Hic omnium cæterorum benignissimus nutritius, homini verò inimicus. Est enim mare procellosum, in quo clamant Discipuli: DOMINE, serva nos, perimus, Matth. II. 25. Est mare Genezareth, in quo laboramus, & nihil capimus, Luc. V. 5. Est mare Babylonicum, ubi quatuor venti, Aquilo carnis, Subsolanus Diaboli, Zephyrus Mundi, & auster voluptatis, digladiantes conspiciuntur. Paucis: Mundus est mare superbiâ tumidum, avaritiâ fervidum, luxuriâ spumosum. Dan. VII. v. 2.

Gregor. Theol. L. 3. Sent.

ἄπερχομένοισι καὶ ἐρχομένοισι πέποιθε, ῥεύματι πηγῆς οὐποτε ἰσαμένω.

B 2

Qvæ

SENATUS

Quæ veniunt rebus si fidis, quæq; recedunt

Undis te fluvii credere scito vagi.

Quum Episcopus Magdeburgensis, Comes à Beuchlingen, Fridericum Saxonie Electorem, cognomento Placidum, bellum sibi parantem audiret, dixit: Ego causam committo DEO, qui pro servo sumet arma. Auditis his Elector: Alius, inquit, ita insaniat, ut bellum inferat ei, qui confidit se DEUM habiturum Defensorem.

Non prius discumbitur, quam oratio ad DEUM prægustetur. Bibitur, quantum pudicis est utile: ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum DEUM esse: ita fabulantur, ut qui sciant DOMINUM audire. Æquè oratio convivium dirimit. Tertull. in Apologet. c. 39. de Christi. in N. T. Ecclesia.

IX.

MATTÆUS FRITSCHIUS

Omissio unô H.

SAT. HIC. FERT. AT. VIS
SUM.

FERT

PIRNENSIS.

FERT SAT opis, venit HIC rebus non a-
sper egenum.

AT tibi VIS testes? SUM tibi testis
ego.

Gehts nicht itzund so her? man hindert eh den
Armen/

Denn daß man in der Noth sich seiner solt' er-
barmen.

Also ist nicht gesinnt Herr Fritzsich/ der thut
vielmehr

Was GOTT wil/ und sein Wort/ läßt nicht die
Armen leer.

Psal. XXV. 21.

Integritas & Rectitudo custodiant me,
quia spero in te.

Schlecht und Recht das behüte mich/ denn
ich harre dein.

*Integritas sive Innocentia est talis animi
affectio, quæ noceat nemini. Cic. 3. Tusc.*

*Inde Innocens is dicitur, non qui leviter no-
cet, sed qui nihil nocet, Cic. 5. Tusc. p. m. 583.*

*Ebreorum est, אָרָם à Rad. אָרָם absolvi, com-
pleri, perfici: de quâ etiam descendit vox*

*אָרָם, quæ Exod. XXIIX, 30. & Deut. XXXIII,
8. legitur. Erat autem אָרָם & אָרָם in V.*

SENATUS

T. quædam revelatio: Scilicet, quando summus Sacerdos prophetabat, illa Prophetia Urim & Thummim dicebatur. Quid autem Urim & Thummim propriè significet, non constat. Tranquillitas conscientie initium est vitæ æternæ. Verius & jucundius gaudebis de bona conscientia inter angustias, quàm de mala inter delicias. Contra omnem malevolorum obprobriationem confidenter obvertere poteris conscientie excusationem. Aug. Sen libr. 4. de Benefic. Ingratum est Beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis agrè dimittere visus est, & sic dare, tanquam sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia: Nam bis dat, qui citò dat. Cum Senecâ Ausonius quoque facit, qui ita scribit.

Gratia, quæ tarda est, ingrata est: gratia namq;

Cum fieri properat gratia grata magis.

PIRNENSIS.

Si benè quid facias, facias citò. Nam citò
factum

Gratum erit. Ingratum gratia tarda
facit.

X.

JOHANNES JACOBUS SCHU-
BARTUS,
CHRISTUS. BASIS. HUNC. AB.
EO. NOVA.

Sola BASIS CHRISTUS. Verbis HUNC
magnificabo:

Nam NOVA spero AB EO. Nam mihi
sola BASIS.

Recht redt der Teutsche Mund: Mensch/ alles
was wir haben

In dieser grossen Welt / sind einig Gottes
Gaben.

Der theilt noch stündlich aus. Auff Den ver-
lasse Dich.

Wohl dem! der nur auff Gott weiß zu ver-
lassen sich.

Proverb. X. 22.

Benedictio DOMINI divites facit: nec
sociabitur eis afflictio.

B 4

Der

SENATUS

Der Segen des **HERREN** macht reich /
ohn Mühe.

Θεὸς δίδουτ' ὁ 'σδὲν ἰχθῦα φθόνου

καὶ μὴ δίδουτ' ὁ 'σδὲν ἰχθῦα πλουτου. Nazianz.
scribit.

Ad haec alludunt Germani versificantes:

**Von GOTT beschehrt
Bleibt unverwehrt.**

Nam

Mens humana operas omnes sine Numine perdit, quia

Nullius est felix conatus, & utilis unquam,

Consilium si non detq; juvetq; DEUS.
Philipp. Melanch.

Vere ergo Richterius in Axiom. Polit. dixit:

Omnis humanus labor, omnis conatus, inanis atq; irridendus est, nisi adjuvetur divinitus. Quare in omnibus actionibus, & negotiis incipiendis DEUM prius invocare, ut bene cadant, necesse est. Memoria proditum est, Metellum Pontif. Max. Posthumum Consulem, ad bellum gerendum Africam petentem, indicta multa, urbem egredi non pass-

PIRNENSIS.

passam esse, priusquam Martem placaret.
Varronis forsitan Sorte commatus, qui apud
Cannas eo infelix dimicasse dicitur, quod Ju-
nonem offendisset, Val. Max. l. 1. c. 1. Mali
enim Principii, malus exitus, Heraclionis, fi-
lij Martine, Symbolum fuit. Ergo à Diis
immortalibus sunt nobis agendi capienda
primordia, Cic. l. 2. de Leg. Verum nos Chri-
stianos Christianissimus Rex David Psal 60.
v. ult. loqui docet, CUM DEO. Quicquid
enim egeritis sermone, aut facto, omnia in
NOMINE DOMINI JESU facite, gratias agen-
tes DEO. & Patri per illum, Paulus Coloss. 3.
v. 17, jubet, cogit atq; imperat.

XI.

CONSTANTINUS AM

ENDE,

Camerarius.

EN. CANTANTI. DEUS.

MONS.

EN! DEUS excelsus CANTANTI MONS

& Asylum:

Plectrum Jessèi sordida spectra fugat

B 5

Lobe

SENATUS

Tobt gleich die wilde Welt/ und wil durch aus
obliegen/

So singe Du getrost/ was gilts? Du wirst ob-
siegen.

Denn Davids Psalter-Buch ist ieder Noth zu
stark/

Sie sei gros wie sie woll' / und zehnmal noch
so arg.

Jacob. V. 13.

Affligitur aliquis inter vos? oret. *Æ-*
quò animò est aliquis? psallat.

Reidet iemand unter euch/ der bete. Ist
iemand gutes Noths/ der singe Psalmen.

*August. super Psal. 90. Protectio alarum
DEI facit, te esse inter scapulas DEI, ut hinc
atq; illinc ala DEI te ponant in medio, &
non timebis, ne quis tibi noceat. Tantum
tu noli inde recedere, ubi nullus inimicorum
accedere audet. Hac DEI Protectione ali-
bi seipsum consolatur Episcopus Hipponen-
cum Christi verba Matth. X. 30. Vestri e-
tiam pili capitis omnes numerati sunt, ex-
plicaturus è medio quasi pectore vocem hanc
maximam emittit: Si DEUS ita curat su-
per-*

perfr
pori
secu
Alci
tiam
quig
& s
Long
pavu
mar
cana
tidie
ut co
univ
laud
cam
sensu
Psal
etian
& d
prose

PIRNENSIS.

perflua, nimirum capillos, qui humani corporis incrementum sunt, in quanta igitur securitate erit anima mea. Miles ille apud Alciatum gloriatur de suo clypeo, ex quo etiam cymbam faceret, & fluvios trajiceret, quique osculatus clypeum dixerit, hic verus & solus mihi fuit amicus terrâ marique: Longè verius de DEO credentes hoc usurpaverint. Hic enim solus DEUS est, terrâ mariq; Botsac. Maral. p. 291. a. Huic ergo canamus, huic psallamus 1. Manè: Quotidiè psalmi tubâ per totum mundum, mox ut cœpit aurora, diei principium inchoare, universa, quæ in cœlo & in terra sunt, ad laudandum & benedicendum DEUM provocamus. Arnob. Psal. 147. 2. Vesper: Quis sensus hominis gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate Diem claudere, cum etiam minutissimæ aves, solenni devotione & dulci carmine ortus dierum & noctium prosequantur. Ambr. l. 5. Hex. c. 12.

SENATUS

XII

K

CHRISTOPHORUS VOELCE-
LIUS,

Serenisf. Elect. Sax. Vectigal. Præfectus
& Scholarcha.

FRETUS. CELLIS. JUVO. CHO-
ROS.

Ingenio FRETUS, CELLIS quòd Grimma
subegit,

Rectori grates solvo, JUVOq; CHO-
ROS.

Ich dancke meinem Gott/ der mich so wohl ge-
führet./

Und mein Gemüth zu Grimm mit Künsten aus-
gezieret.

Den wil für seine Güte ich loben für und
für.

In Schuhlen auferzogn bleibt doch die beste
Zier.

Psal. XVI. 7.

Benedicam DOMINUM, qui tribuit mihi
intellectum.

Ich lobe den HERRN / der mir gera-
then hat.

Rab.

PIRNENSIS.

Rabbi Nechoniah, referente Buxdorff.
Floriteg. Hebraic. Tit. Schola, solitus est o-
lim dicere: Gratias ago Tibi, DOMINE DEUS,
quod posuisti partem meam ex illis, qui con-
sident in scholis, & non posuisti partem
meam ex sedentibus in angulis viarum. Ve-
rum enim verò, si tibi ad nostra usq; tempo-
ra, quibus à Vulgi & imperitorum inscitia,
quæ omnes despicit, & hominem præter se
neminem putat, Scholas, earumq; Doctores
contemni, despici, nec magnoperè expeti vi-
deres, spiritum ducere licuisset, animum
forsan mutaturus, ac dicturus esses: Gra-
tias agant Tibi singulares, Domine DEUS,
quorum partem posuisti ex illis, qui non con-
sident in Scholis. Tanta enim sunt subjecti
inopia, contumeliæq; ut de Sorte eorum ni-
mium quantum miretur cordatior. At per-
fer & obdura, labor hic tibi proderit olim.
Sapè malum serpsit non vetustatis culpa, sed
tantum negligentia, Amerbachius in Phocy-
lide censuit. Excusantes quidem audis, ho-
mines carpi, non professionem. Sed non ita
est, nam ipsam rem vilem atq; illaudatam
putari, atq; ideò sperni, manifestum est.
Exem-

SENATUS

*Exempla non defuissent, nisi odiosa essent.
Quicquid tamen delirent homines, quam-
vis sibi solis sapere videantur, Scholæ sunt,
fuerunt, ac manebunt Spiritus Sancti officine,
Ecclesiæ Seminaria, Virtutum Conclavia,
Scientiarum Palatia, Linguarum &
Artium Tempora, absoluta ad expugnandam
barbariem Armamentaria.*

XIII.

**JOHANNES CHRISTOFO-
RUS VOLCHAMERUS,
Sacer Ædilis.**

**ANNUIS? HOMO. CHRISTO.
CHARUS. VERE. FLOS.**

Num sit HOMO CHARUS CHRISTO?
mox ANNUIS. Annon
ANNUIS & VERE FLOS quod & Um-
bra fiet?

Was sein wir Menschen / was? wie Blumen auf
der Wiese /

Die raft die Sense weg / uns eine kleine Drüse
se.

Doch

PIRNENSIS.

Doch liebt das schwache Kind der starcke Gott
so sehr/

Daß Er sein liebstes Kind ihm gibt/ und des-
sen Ehr.

Deut. XXXIII. 3.

Diligit Dominus populos.

Wie hat der **HERR** die Leute so lieb.

*Theodorus Thummius Tract. de Festis Jud.
& Christ. Mense Julio. Christoforus du-
xit juxta Monachorum Legendas originem,
ex Cananèa, fuitq; statura admodum proce-
ra & gigantea, altus nempe duodecim ul-
nas, cubitosq; ita, ut vix pinum invenias pro-
ceriorem. Hic divinitus illuminatus in Ly-
ciam eò animò venit, ut Christum passim
predicaret. Captus autem fuit à Rege
Dagno, qui ei galeam ignitam jussit imponi,
cum prius ferreis virgis esset casus: dein-
de jussit eum igni imponi, & ferventi oleò
perfundi. Ab his autem cruciatibus ad-
mirabili modo liberatus, denuò Christum
predicare perrexit. Sed iterum depre-
hensus ad patum ligatus, capitis obtrun-
catione suum complevit Martyrium octa-
vo*

SENATUS

vo Calendas Augusti. Ex hac fabulosa
 historia plura subinde pullularunt figmen-
 ta. Jacobus de Voragine refert, Christo-
 forum aliquando exulantem servuisse pri-
 mo Regi cuidam Cananorum, mox cuidam
 Christiano, à quo discedens Diaboli se servi-
 tio mancipavit, quò relicto ad Emeritam eum
 venisse, à quo missus sit ad flumen, ut pe-
 regrinantes transportaret, quò munere dum
 aliquandiu functus esset, noctu venisse pue-
 rum, qui se deferrì per flumen petierit,
 quod fecit Christoforus. Postquam autem
 puerum ad litus detulisset, conquestum es-
 se Christoforum de mole & onere pueri, cui
 respondet puer: Non tibi hoc mirum vi-
 deatur, siquidem portasti Creatorem totius
 mundi. Atq; his dictis disparuit. Verùm
 hæc apud sanos, non sunt in magno nume-
 ro, licet hæc admodum placeant Pontifi-
 cis. Unde etiam Matres in Papatu hoc
 die votum faciunt pro infantibus in balneo,
 ut eò feliciter crescant. O Vanitas! Ve-
 rum qui

Pecto-

PIRNENSIS.

Pectore fert Christum, verè Christoforus
audit.

Hic Christum verà cum pietate colit,

XIV.

JOHANNES CHRISTOFO-

RUS GÜNTHERUS,

Mercator.

FER. JUSTUS. REGNAT. HUNC.

HOS. ORNO. HIS.

FER. JUSTUS REGNAT. DEUS HUNC,

ait, ORNO decore.

HIS Honor, HOS coelis præmia digna

manent.

Berrichte mit Gedult/ was GOTT Dir anbe-
fohlen /

Bedencke/ daß der Mensch mit Müß sein Brod
muß holen.

Denn so hat GOTT gewollt. Wer das thut
williglich /

Der lebet/ wie GOTT will / und stirbet sel-
iglich.

6

Sir.

SENATUS

Sirac. VII. 16.

Non oderis laboriosa opera creata ab
Altissimo.

Ob dir's sauer wird mit deiner Nahrung/
das laß dich nicht verdriessen / denn **GOTT**
hat es so geschaffen.

Claud. in Nupt. Honor.

Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec spoliat favos,
Si fronti caveat, si timeat rubos,
Armat spina rosas, mella tegunt apes.

Omnia enim labore paranda sunt, & si quæ
felicitas inter homines est, non sine labore
existit: quia Dii omnia labore vendunt.
Nam ut avis ad volatum, ita homo ad labo-
rem natus. Consentit D. Bernbardus
med. c. 3. Homo natus ad laborem, non ad
honorem. Quæ etiam sententia Severi
Rom. Imperatoris fuit, cujus Symbolum ex
Reusnero adscribo: Laboremus. Etenim
consente Ignatio Epist. 8. ad Polycarp. ὅπου
πλεων κόπος, πολὺ κέρδος, ubi laboris plus
est, ibi & plus emolumentum. Alludit Ovidius
l. 1. de Ponto

PIRNENSIS.

At puto fructus adest, justissima caussa
laborum,
Et sata cum multo foenore reddit
ager.

ergo de labore praecipit ad Dem. Isocrates:

εἰρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπυθ, τὴν δὲ ψυ-
χὴν φιλόσοφθ Corpore sis laboriosus, animo
erò sapientia studiosus. Premisit tamen:

ἢ γε τῶν πόνων, ἔτι ποτεν δύναμαιθ. Labora-
e desinas, dum adhuc laborare potes. Quod

elim notent ij, qui eos, quibus imperant, ve-
apes. is equisq;, quod ajunt, festinare jubent,

si quia arvi facientes, utrum vires imminuant, an
labore amem sedent. Cum tamen Plinio Secun-

ndunt. l. 17. c. 23. Hist. Nat. graviter judicante,
d laborabil in opere naturæ existat, quod non e-

rdus templò dierum, noctiumq;, aliquas vices feria-
non adum velit.

Seve
lum ex
tenim
rp. ὅπθ
ris plus
Ovidius

psa vices natura subit, variataq; cursus
Ordinat. Ovid. ad Pis.

Nam

Quod caret alternâ requie durabile non
est:

Hæc reparat vires, Membraq; fessa levat.

C.

203-

SENATUS

Quare Ovid. l. 1. de Ponto Eleg. 5.

Cernis, ut in duris (& quid bove fir-
mius?) arvis

Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare No-
vali

Fructibus assiduis lassâ senescit Humus.
Occidet, ad Circi si quis certamina sem-
per,

Non intermissis cursibus ibit Equus.
Firma sit illa licet, solvetur in æquore,
Navis

Quæ nunquam liquidis sicca carebit
aquis.

Nec non l. 4. de Ponto Eleg. 10.

Gutta cavat lapidem, consumitur annulus
usu,

Et teritur pressâ vomer aduncus hu-
mo.

XV.

JONAS EUVVIG,

Eleemosynarum Curator.

UVA SION VIGE.

Fer

PIRNENSIS.

Fertilis UVA SION pulcerrima portio
terræ est.

Summo in honore VIGE fertilis UVA
SION.

O Sion Gottes Stadt/ blüh wohl im Sachsen-
lande/

Und brauche Jesum nur zum Helffer und Bet-
stande /

Der wird dich/ seinen Berg/ nicht lassen ver-
unehrn/

Ob gleich der Ketzer Macht Dich suchet zu
verheern.

Psal. XLII. 2.

Mons Sion est pulcerrima portio, gau-
dium universæ terræ.

Der Berg Zion ist wie ein schön Zweig-
lein/ deß sich das gantze Land tröstet.

*Beati dicuntur Salomonis Subditi, quod
quisq; sub vite & ficu suâ degerit, 1. Reg. 4.
v. 25. Et nobis fortune satis est, cum impe-
rante JOHANNE GEORGIO Secundo, cuiq; sub
vite & ficu non solum pacis externe, sed &
interne, vera scilicet Religionis ac Doctri-
nae, in nostro Electoratu vivere, à DEO da-*

SENATUS

tum sit. *Magnam sanè hoc est DEI Beneficium, in quo solo summum hominis Bonum est. Vera enim Religio est vitiorum omnium expultrix, DEO nos conciliat, & vinculo connectit arctissimo, cujus auctor non Saturnus aut Jupiter, sed verus DEUS, rerum omnium origo. Polyd. Verg. L. 4. c. 2. p. m. 254. Diligentissime id perpendens JOHANNES FRIDERICUS, Dux & Elector Saxonie, in captivitate sua presentissimis vitæ periculis, ob confessionem Fidei sua objectus, nullis persuasionibus, nullis minis, nulla vi adduci potuit, ut à vera Religione, quam constantissime professus erat, ad falsam relaberetur. Rupertus Francorum Rex, Vigonis Filius, adeò diligens Religionis cultor fuit, ut non tantum omnibus Sacrorum interesset, sed etiam hymnos caneret, ceu ex initiatis unus. Val. Max. Christ. p. m. 574.*

Ecclesie comparatio cum Vineâ vid. in Moral. Botsacci p. 325. §. 24.

XVI.

FRANCISCUS SCHROETE-
RUS,
Mercator.

ECCE. CHRISTUS. FON-
RARUS.

ECCE scatet CHRISTUS benefactis lar-
gifluus FON-
RARUS at inventu, qui petat inde bo-
num.

Schau/ Christus ist der Brunn/ draus aller
Segen quillet/

Wer nur aus diesem schöpft/ wird das Gefäß
gefüllet.

So voll zwar dieser Brunn/ so klein ist doch
die Zahl/

Die Segens sich erholen aus solchem reichen
Quall.

Psal. XXXVI. 9.

Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo
videbimus lumen.

Bei dir ist die lebendige Quelle / und in
deinem Licht sehen wir das Licht.

C 4

Agva-

SENATUS

Aquarum, quæ cæteris Elementis imperant, stupendæ sunt proprietates, quas à Doctis sparsim annotatas passim legimus. Euripus in Eubœa mirâ celeritate septies in die defluit, ac toties refluit. Causam cum non investigare quiret Aristoteles, se in Euripum projecisse dicitur hisce verbis: Quoniam ego te non capio, tu me capies. Quamquam alij mœrore eum extinctum scribant. Quod & Hamera accidisse ferunt, qui in littore maris spaciando cœlum suspiciens, à piscatoribus in littore sedentibus risus, causam risus querens, hoc sibi insolubite responsum tulit: Quod cepimus, reliquimus, & quod non cepimus, retinemus. Innuebant pediculos, quos captos in aquis reliquerant, non captos in vestibus habebant. Aqua è Tantali fonte sitim nunquam extinguunt, sed potius eam irritant: Ut & quæ è nivibus liquescunt. He exim sitim potius augent, quàm sedant. Verùm aquæ, quas dat è suo fonte Christus bibendi appetitum explent satiantq;. Adeste ergò, ô Christiani! Adeste, inquam, & properate ad aquas dulcissimæ fontis JESU CHRISTI.

Qvi

PIRNENSIS.

Qui bibit inde, pius. Procul hinc discedi-
te, queis est

Cura malæ mentis. Qui bibit inde,
pius.

*Fons omnis benedictionis Christus est: Bene-
dictus ille in quo benedicemur. Qui ergo
Christum non habet, labor ejus non potest es-
se benedictus. Christo enim omnia sunt in
manus tradita, & ab illo omnia ad nos bona
descendunt. Vis ergo temporalia cum be-
nedictione, è Christi manibus accipias ne-
cesse est.*

XVII.

HEINRICUS PROMNITIUS,

Mercator.

PROMUS. ES. HINC. VIR. NITI.

PROMUS ES & condus, procuratorq; bo-
norum.

HINC VIR, qui NITI nocte dieqve
foles.

Wenn nicht der Sommer hält / wer durch den
Winter dringet /

Dem keine Müß verdreust / der Handel wohl ge-
linget.

C s

Er

Qui

SENATUS

Er steht bei Fürsten wohl/ und heist ein wacker
Mann/

Drumb Strudel noch Betrug ihm was anha-
ben kan.

2. Chron. 1. 16.

Adducebantur Regi equi de Ægypto,
& de Coâ à negociatoribus Regis, qui ibant
& emebant.

Und man brachte Salomo Rosse aus E-
gypten/ und allerlei Waar. Und die Kauf-
leute des Königes kauften dieselbige Waar/
und brachtens aus Egipten heraus.

*Duo Nobilitatis fundamenta Plato posuit,
Virtutem nimirum Parentum, & Virtu-
tem propriam. An verò ejus, qui genere,
an qui ex propria virtute nobilitatur, digni-
tas major sit, cum distinctione disputatur.
Nam si Nobilitas genere à Parentum virtute
deficiat (Non minor est virtus, quam quere-
re, paratueri) suapte culpa genere cadit, in-
genuum genus improbat, ipsiq; recens Virtus
meritò preferenda est. Nec novitas expro-
brari potest. Si enim novitatem objiciat,
majoribus suis idem faciat, quibus, uti cui
objicitur, ex virtute cœpit Nobilitas. Omnia
enim,*

PIRNENSIS.

enim, quæ nunc vetustissima creduntur, nova quoque fuerunt. Si verò nobilis genere paternam imitetur virtutem, jure præferendus est iis, qui nobiles tantum virtute sunt: etiamsi Turcæ nullam agnoscant nobilitatem, nisi quam ipsa facta pepererunt. Cavendum tamen, ne parva Nobilitas contamine- tur mercaturâ, actionibusque, quas exercere Nobiles majorum Edictis prohibentur. Rus- sorum nobiles adeò despiciatui habent mer- caturam, ut mendicare malint, quàm eam exercere. In Polonia pro nobilibus non re- putantur, qui exercent artes & actiones, quas cives, & qui in civitatibus morantur, exercere solent. Nec apud Saxones olim no- bilis aestimabatur, qui mercaturæ dabat ope- ram. Henricus Auceps Imperator confir- mavit, ne liceat illum ad palæstram prodire, qui mercatura nobilitatem contaminasset. Cur verò Nobiles negotiari prohibiti, Politi- corum præcepta & instituta decernant. Suf- ficiant testimonia allegasse.

SENATUS

XIX.

AUGUSTVS FENICHEN,

GNAVUS. HUICNE SIET.

GNAVUS. HUICNE SIET meritò locus
inter honestos?

Principibus coram stare licebit ei,

Läßt sich die Hürtheit an einem Manne blicken/
So wird derselbe sich zu höhern Aemtern schick-
ken.

* Denn welcher endelich auf seinen Wegen
geht/

Der/ sagt der weise Mann/ wird endlich auch
erhöht.

* Prov. XXII. 7. ult.

Sir. XXXVII. 3.

O præsumtio neqvissima, unde crea-
ta es?

Alch wo kömmet doch das böse Ding her/
Daß alle Welt so voll Falschheit ist.

Omnia civitas^{is} Salus ab educatione pendet.
Ut enim recta omnis Boni fons est: Ita vi-
cissim prava omnis Mali sentina jure dici
potest. Nibilo tamen minus recta multis
proba

FIRNENSIS.

(proh! dolor) neglectui est educatio. Sed propria Vineta cadunt. Nullum, si rectè meminim, in Scripturis habebimus Delictum, quod misericordis DEI Gratiam, atq; hoc, effundat, extingvatq;. Audiamus ipsum DEUM graviter detonantem: Absit hoc à Me, rugit Leo (1. Sam- 2. & Amos.) ut promissionibus meis obstrictus sim iis, qui Libero- rum suorum Amorem Honorì meo praeferunt? Sed quicumq; honoraverit me, hunc & Ego glorificabo; qui autem contemnunt Me, eos Ego vicissim contemptos reddam & abjectos. Et capite seq. Juravi Domui He- li, quòd non expietur (NB) Iniquitas Do- mus ejus victimis & muneribus. Tanta de Parentibus sumenda poena, qui in Libero- rum suorum educatione adeò frigidi depre- benduntur, ut citius querant, quid corpus farciat, quàm quod Animam conservet, civi- tatemq; felicem constituat. Querenti caus- sam, cur tempora nostra sint atrocìa, diffi- cilia, dira, frigida, gravia, luctuosa, mise- ra, turbulenta, &c. responderem, pravam- bec peperisse Educationem. Vide CL. Hei- deri Prof. quondam Publ. in Academia Je-
nen-

SENATUS

Jenensi duodecim Orationes de Caussis Mutationis. Rerump. οἱ μὲν κακῶς τεθραμμένοι, καὶ τῶν ἀκριβῶν τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους πολυμῶσι παραβάιναν: *Qui male educati sunt, audent leges etiam optimè scriptas violare.* *Isocr. in Areopag.*

*

*

Melchior à Rad. מֶלֶךְ regnavit. *Inde* מֶלֶךְ Rex, qui tum aliis, tum sibi, suisq; cupiditatibus imperat. *Nam*

Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit

Mœnia, nec virtus altius ire potest.

Christoforus, ferens Christum, ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ φέρων.

Simon vel Simeon, Auditor, à Rad. ἤκουσεν *audivit, exaudivit.*

Jonas יונה columba, à Rad. יָנַח *oppressit vi, vel fraude: Columba enim quasi oppressioni & praeda exposita est.*

Michaël מִיכָאֵל Quis sicut DEUS?

Geor.

*Geor
te*

*Balt
di
pr*

*Mar
ev*

Mat

*Joba
fu*

Jaco

Conj

Fra

Hein

P

Aug

PIRNENSIS.

Georgius Agricola à γεωργός, quod est ex γῆα
terra, ἔργου opus.

Balthasar, à Bel, בלש vastari, ἔραר obsē-
dit, ἀρξάειν hostiliter egit, hostiliter
presit.

Martinus à Marte, der sich als ein Mann
erweist.

Matthæus, Donum DEI, à Rad. נתן dedit.

Johannes, ex יתן gratiam fecit, gratiofus
fuit.

Jacobus Supplantator à Rad. כקל Calx.

Constantinus à Constante, beständig

Franciscus à Francus, frei.

Henricus, ἀυτάρκης, non indigus externa o-
pis, aut aliena vivere quadrà Helmreich.

Augustus ab augeo ein Vermehrer.



74 3014

BR

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



74



SENATUS

Inde Pythagoras tria à DEO petenda
nuit: Formam, Divitias, & bon
tudinem.

IV.

MICHAEL ROETI

Senior.

LITO. HEIC. GRAM

Quid faciam? Jovæ precibus
Turgide quæris
Cur? sumus HEIC, scito, n
GRAMEN. Amen

Was soll ich anders thun/ als was
beten/
Mit Seufzen immerfort zu meinen
treten.
Der Mensch ist wie das Gras. W
doch geschehn
Umb ihn. Stirbt er nicht wohl/
dort bestehn.

Psal CIII. v. 15.

Homo sicut foenum dies ejus
flos agri sic effloreat.
Ein Mensch ist in seinem Leben
er blühet wie eine Blüthe auff de

ISIS.

re, & votum impe-
est offerre sacrum,
lib. 3. de Diff. Verb.
Æn.

s veniam, sacrisq;

: Non enim sacra,
est, placamus.
dam Autoris versi-
is diligenter expri-
ita habet:

rima, pauca, nihil.
do tædiapelle tui.

molestiusq;, quàm
ea DEUS assiduus

precipit, iisq; tene-

Gregorius ad cap.
dicere, dimitte me,

ebere. Ubi glossa:
rationibus teneri,

ti. In septem Sa-
um fuisse, Plutar-

ortissimum foret?
nam, Tales Necessi-

tionem. Oratione
Invi-

